

Π m
4481

Panegyrici tres,

De

VITA, REBUS GESTIS, ET OBITU
Illustriss. & Fortissimi Principis
& Domini, Dn.

GEORGI
PRINCIPIS WÜRTENB.
ET TECCII, COMITIS
MOMPELIGARD. & C.

Heroico carmine conscripti.

Auctore

VLRICO BOLLINGERO,
Art. Mag. Poët. coron. & Ecclesiast.
in agro Schleittorff.


UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE (SALE)

BIBLIOTHECA
MONICHAUANA

T V B I N G Æ,
Apud Georgium Gruppenbachium.

ANNO 1603.

[Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page]



[Partial text from the adjacent page, including decorative flourishes and words like 'pl', 'm', 'pe', 'de', 'cla', 'cer', 'ex', 'exc', 'ille', 'no', 'sto']



AD ILLUSTRISSIM. FORTISSIM.
& Clementissim. Principem, & Domin.

DN. FRIDERICVM:
DVCEM WÜRTEMBERG.
ET TECCIUM, COMITEM
MOMPELIGARD. DN. HERICVR,
& in Heidenheim;

Regiorum antiquissimorum Ordinum,

In Gallia, S. MICHAELIS Archangeli:

In Anglia, D. GEORGII Carterior.

Equitem Auratum,

Torquatum, &c.



LLUSTRISIME, Fortissime, & Clementissime
Princeps: Quos tres Panegyricos humiliter offero,
de Vita, Rebus gestis, & sancto obitu Dn. Parentis,
Dn. GEORGII Mompelg. Illustrissimi & Fortissi-
mi Principis & Domini: ad eos conscribendos satis
multæ & graues causæ me impulerunt.

*Recensentur casu
sa dedicationis.*

I.

*De Ill. Prin. Dn.
GEORG.
paucaliteris sunt
mandata.*

Indignum erat adeò, tot Historicos tam multa,
plena laudibus, de Rebus gestis Illustrissimor. Princip. VVürtemberg. literis
mandare: nulla facta mentione de Dn. Principe GEORGIO, Com Mom-
pelg. quem Illustrissima Celsitudo Vestra charissimum Parentem habuit:
de quo cum materiam satis copiosam habuissent, & Oceanum aliquem præ-
clarissimarum virtutum, nescio tamen qua negligentia id prætermiserint.

Et quos ego vidi Historiographos aliquam multos antiquiores & re-
centiores, omnem illi campum dicendi, in alijs Maioribus I. C. V. satis benè
excolentes, vix semel ad Principis huius Fortissimi vitam spectatissimam
excurrunt, quod non sine indignatione obseruaui: Quasi verò Magnanimus
ille Heros, per tot annorum curriculum, quo ætatem sexagenariam peregit,
non etiam viderit, tulerit, gesserit, quæ pulcherrimam & iucundissimam hi-
storiam requirant.

Quidam IOANN. TETTINGERVS, Professor artis Poëticae in Academia Friburg. tempore Ducis VLRICI VVürtemb. Bellum à Fœderatis illatum, heroico carmine decantauit, idque duobus libris magno versuum numero: At neque in priore, qui vsque ad exilium D. VLRICI deducitur, vbi leguntur carmina 1712. nec in posteriore libro, qui bellum rusticum, & reditum D. VLRICI tractat, carminibus 1465. nec in tribus Commentariorum libris, soluta oratione scriptis, vllam vel tantillam mentionem de Illustrissimo Dn. Patre, Princ. Dn. GEORGIO facit.

Ea tempestate, qua Dux VLRICVS Landgrauij PHILIPPI armis est restitutus, hinc inde gratulationes variae in prosa & ligata euolitarunt: de Illustrissimo Dn. Principe GEORGIO ne gry quidem. Non dicam, quod haecenus, quem ego sciam, nemo Doctorum, Poëtarum, Historicorum, ex professo, de innocentissima & integerrima vita, de magnificis & fortissimis rebus gestis, de pio beatoque obitu huius Principis ad memoriam Posteritatis transmiserit, aut ingenium in hac materia exercuerit.

2.
*Multa res gesta
Dn. Principis
GEORGII.*

Verum enim uerò non solum ipsa honestas, & iucundissima harum rerum voluptas: verum multò magis utilitas insignis, adeoque ipsa necessitas postulat, ut virtutes in hoc Domino Principe, omni laude dignissimo, ut in theatro quodam, Posteris spectandae proponantur, & nulla vnquam obliuione sepeliantur.

3.
*Iucunda est hi-
storia de Dn. Pr.
GEORG.*

Nunquid Ill. C. V. vix biennium excefferat, quo tempore Illustriss. Dn. Parens, sanctae memoriae, in viuis esse desijt: adeoque propter infantiam, neque ipsum ex aspectu notum satis habere, neque rerum praecclare adeò gestarum, quae hic in medium à me producuntur, spectatrix esse potuit: quarum lectione fieri non potest, quin Ill. C. V. iucundissime afficiatur?

4.
*Vtilissima est
posteris.*

Et quidem vsum non mediocrem horum Panegyricorum Illustrissimi Principes iuniores, in nouo Collegio Tübingense (cuius perfectio foelicissima Ill. C. Vestrae accepta refertur) pietati & bonis artibus egregiam operam nauantes, haurire poterunt: vbi incitabuntur ad omnis generis actiones pie & laudabiliter, more Maiorum & Auorum suorum instituendas.

BOLLIN-
GERVS
Laurea donatur.

Haec cum ita se habeant, operae precium me fecisse existimo in hoc Poëmate exarando, quod sanè non vnus anni laborem postulauit: quia apud Historicos, qui sunt in publico, adeò pauca extabant, ego partim è manuscriptis schediasmatis, partim ex ore eorum, quibus Ill. C. Vestrae charissimus Dn. Parens notus fuit, hinc inde conquirere, in ordinem disponere, idoneis verbis & sententijs, non sine artificio Poëtico accommodare, postea mea manu singula transcribendo reiterare coactus fui: quanta cum fide, diligentia & ornatu id praestiterim, in arte Poëtica exercitati Critici iudicantes, me commendauerunt, & ex eorum numero primarius quidam, dato priuilegio Cæsario, Laureolae Poëticae honores in me contulit. Quod si Ill. C. V. ita voverit, magis exquisitam Censuram non inuitus admitto, ut qui non per calorem effundere, Poëtastrorum more, quicquid in buccam venit: sed ad viuum examinare singula & numerare soleo, ut Principum lectione non indigna aestimentur.

De

DEDICATORIA.

De his quidem omnibus, in quibus mei Panegyrici versantur, adsunt etiam viui testes, inter Aulicos Nobiles, qui sunt hodie superstites, Generosi viri:

Dn. Christophorus à Degofelda,

Dn. Gedeon ab Osthemia,

& alij quidam fidedigni, qui non solum alij nuptijs & hastiludijs interfuerunt, quo anno Illustrissimus Dn. Pater, Illustrissimam Dn. Matrem BARBARAM Landgrauij Philippi filiam sibi matrimonio ξὺν Θεῷ iunxit: sed alij etiam ad notitiam magis familiarem sunt admissi, quod etiam num animo gratissimo deprædicare audiuntur,

Nihil igitur superesse video, quàm vt Ill. C. V. hunc libellum, vultu sereno, & clementissimo accipiat animo, vbi in spem bonam erigor ex eo, quod Ill. C. Vestra his studijs, olim in Academia patria per aliquot annos, & in ipso sæculari iubilæo, à tempore Fundatoris Dn. EBERHARDI Ducis VVürtemberg. elapso: & quoties illa Recturam gessit, honori magnificentissimo, præsidio fuit maximo.

Erit iterum tempus, Deo vitam & otium dante, Illustr. C. Vestræ Legationem Gallicam & nauigationem Anglicam. & Regios illos Ordines Equestres, quos perpetuum virtutis excellentissimæ testimonium, Cels. Vestra Illustr. ibi promerita est, ad Posteritatis memoriam aliquo carmine pertractare: ἀγαθὴ τύχη Deus verus & viuus Illustr. Cels. Vestram saluam superstitem, & ex omni parte beatam esse velit, quod ex intimo animo quotidie precor. Dixi.

Illustriss. Cels. Vestræ

Humilimus Poëta,

Vlricus Bollingerus.

A 3 DE FESTO

§.
Viua sunt testimonia de virtutibus Dn. Princ. GEORG.

DE FESTO S. MICHAELIS ARCHANG.

ELEGIA BOLLINGERI:

AD ILLUSTRISSIM. FORTISSIM.
& Clementissimum Principem & Dominum,

DN. FRIDERICVM:

DUCEM WVRTEMBERG.

ET TECCIVM, COMITEM

MOMPELIG. DN. HERICVR.

& in Heidenheim.

Regiorum antiquissimorum Ordinum,

In Gallia S. MICHAELIS Archang.

In Anglia D. GEORGII Carterior.

Equitem Auratum,

Torquatum, &c.



*H*ÆC est illa dies, ô Clementissime Princeps,
*W*ürtembergiaci Duxq; Paterq; soli.

*H*æc est illa dies, cui nomina sancta MICHAEL

*C*ontulit, Aligeris præsidet ille choris.

*H*æc est illa dies, quæ te, Fortissime Princeps,

*A*uratos inter inssit habere locum.

*H*oc tua digna fuit virtus illustris honore,

*Q*ua superas Atavos, Dux animose, tuos.

*G*ALLIA testatur, testantur Regna BRITANNÆ,

*H*oc virtute tua Te meruisse decus.

Aliger.

*Aliger ille tuus signatus imagine conchæ,
Totius Oceani dicitur esse tremor.*

*Huius ab exemplo, FRIDERICE ter inclyte Princeps,
Diceris iniustis Tu tremor esse Viris.*

*Angelus ille ferit sauo mucrone Draconem:
Tu gladio cædis monstra ferina tuo.*

*Angelus ille gerit libram cum lance gemellâ,
Regula iustitiæ sic manet æqua tua.*

*Quid dicam? tellus quod VVürtembergæ fatetur
Se Patriæ talem non habuisse Patrem.*

*Sub quo Iustitiæ cultus seruatur & æqui,
Et Pax, & veræ Relligionis opus.*

*Ergo MICHAELIS viuas in nomine tutus,
Sit tecum custos Angelus ille tuus.*

*Vt caput hoc sanctum nunquam fera bestia ledat,
Sape tua forti quæ cadit iæta manu.*

*Alter eris Samson, alter Iessæius heros
Indomitas olim vicit uterq; feras.*

*Tempus erit cùm te, Dux Illustrissime, venâ
Venturis annis vberiore canam.*

*Cætera multa domi conscripta Poëmata seruo:
Quæ sunt in laudes officiosa tuas.*

BOLLIN-

BOLLINGERI
P. CORONATI

ARGVMENTA

In tres Panegyricos; Mono-
stichis inclusa.

I.

Maiores primus canit, amissumq; Parentē.

II.

Alter ab exilio reditum, pugnasq; recenset.

III.

*Vltimus arma iterum tractat, thalamosque
obitusq;.*

PANE-

Panegyricus Primus.

DE VITA ET REBUS GESTIS,
Illustriss. & Fortissimi Princ. & Domini,

DN. GEORGI,
COM. WÜRTEMBERG. ET
MOMPELIGARD. DOMINI
SUPREMI HERICVRIÆ,
P. P.

Capita I. Panegyrici.

I. Post Exord. & Propositionem, describitur Princ.
GEORGIVS à Patria, Maioribus, Parentibus, Fratres
& Sorore.

I I. Educatio eiusdem in Aula Dn. VLRICI
Duc. Würtemb. Vbi artificio Poëtico inseritur bel-
lum Palatinum, Nuptiæ Dn. Fratris Duc. VLRICI, &
Dominæ MARIÆ Sororis.

I I I. Introducitur Princeps HEINRICVS Pater
ægotans, qui ante obitum valedicit Filijs, & multis
historijs artificiosè repetitis, deniq; dicto Psalmo 90.
vitam claudit & sepelitur.

&

Ad

AD ILLVSTRISSIM. FORTISSIM.
& Clementissim. Principem, & Domin.

DN. FRIDERICVM:
DVCEM WÜRTEMBERG,
ET TECCIUM, COMITEM
MOMPELIGARD. &C.

Propositio.



*Vi nostra Princeps datus es diuinius ora
Vürtembergiaca Dux ô Fortissime Gentis:
Incipiam cantare tuum, FRIDERICE paren-
tem.*

*Quòd si non Graios Heroo carmine Reges
Antiquus chartis olim mandasset Homerus:
Si non AENEAM cecinisset Musa Ma
Horum fama simul cum morte sepulta fuisset.*

*Quare age, tu mihi queso tui da signa fauoris:
Sim tibi Mæonides, Tuq; Hector & alter Achilles:
Sim tibi Virgilius: Si me diuina sequetur
Gratia: si Tua Me dextro Clementia vultu
Aspicit, ad seros mittam tua gesta Nepotes.*

Patria Dn. Pr.
GEORGII.

*Ad BURGUNDIACAS longè se porrigit oras
Terra antiqua, potens armis, atq; ubere glebæ:
Hic ubi Mompeligarda iacet, quæ paruit olim
Diuersis Dominis: Comes hanc Burgundus habebat
Conditione thori, postquam fortissimus Heros*

Theodorus
C. Mompelig.
Anno 1233.

*Fata THEODORVS clausit, qui milite forti
Murbachum ingressus, prædam spoliauit opimam.*

*Post aliquod tempus REINALDO nata Parente
Auspicijs latis Heinrico iungitur AGNES*

Heinri-

Heinrico, quem Falconum de Monte vocabant.

Cui ditio hac felix dotis pro munere cessit.

Donec EBERHARDVS Dominus VVürtbergidos ora

25 HEINRIETAM stabili sibi iunxit Lege Maritam,

A Genitore satam, quem crudelissimus hostis,

Baiazetha ferox pallentes misit ad umbras,

Hic ubi Nicopolis stat mœnibus ampla vetustis

Traiani æternum Dacia de Gente trophæum.

30 Primus EBERHARDVS Peligardi mœnia Montis

VVürtembergiacis oris coniunxit, & uno

In clypeo geminos pisces, & cornua cerui

Inseruit, sic fama refert: Hac stirpe creati

Maiores FRIDERICE tui, qui carmine longo

35 Cantandi fuerant: Proauus cognomen Amati

Obtinuit, Bauaram VLRICVS qui duxit ELISAM

LVDWICI viduam, cuius de sanguine celso

HEINRICVS descendit Auus, fœlicibus astris

Editus, hic geminâ fuit auctus prole, duobus

40 E thalamis, lectum Bitschensis ELISA iugalem

Prima adiit, Ducis VLRICI quæ reddita Mater,

Mox obiit, post Salmæo de sanguine prisco

EVA thori consors successit, Nobilis EVA:

Est illa Genitor de Matre GEORGIVS ortus:

45 Ille tuus Genitor, qui te produxit in auras,

De quo multa meo versu cantanda supersunt.

Hic annos vitæ primos, teneramq; iuventam

VLRICI fratris magnâ transegit in aulâ,

Qua Stutgardiacæ stant ardua mœnia sedis,

50 Ut constaret amor primis nutritus ab annis,

Ne ceteret & concors germanos gratia fratres.

Non hic desidiâs, non ocia marcida luxu,

Heinricus von
Monsfeldt
Com. Mompelg.
1320.

Maiores Dn.
Principis
GEORGII.

Eberhardus s.
Cognom. Iu-
nior, Primus
Com. VVürt.
& Mompelig.
Obijt 1419.

Vlricus 7.
Obijt 1479.

Heinricus C.
VV. Pater Dn.
Pr GEORG.

EVA, Com.
Salm. Mater
Dn. Princ.
GEORG.

Prin. GEOR-
GIVS natus
Anno 1498.
4. Febr.
Propositio to-
tius operis.

Pr. GEORG.
Fratr VLRI-
CVS Dux
VVürtemb.

Principis
GEORG.
pueritia.

Non virtus illi somnos permisit inertes,
Sed durare manus, & fortia membra laborem
Perferre edocuit, sub dio ducere vitam,
Planiciem cursu, valles euincere saltu,
Ascensu superare iugum, vada caeca natatu:
Frigora saeva pati: Phœbi tolerare calores,
Discere Martis opus, quis equos conuvertere gyro,
Aut per planitiem celeri transmittere cursu
Aptior, aut melior castu, volucrive sagittâ,
Emissove hostem possit contingere plumbo.
Quis melior socijs aditus quis durior hosti:
Qua pedites, qua sint equites statione locandi:
Qui dextrum teneant cornu, cornuve sinistrum,
Qui medium seruent, totus consistat ut ordo.

55

60

65

Bellum Baua-
ricum.
Anno 1504.

Exemplo VLRICVS Frater maturior annis
Præuius huic ibat, quo tempore saeva Ruperto
Iniulit arma Duci, cum nondum septimus illum
Annus ab undecimo caperet: tamen ille virili
Tunc animo totas vires eduxit in hostem
Millia viginti peditum, quos ponè secuti
Octingenti equites, quibus expugnauit ubiq;
Casaris AEmylii monitu, iussisq; seueris,
Atq; Palatino eripuit cum mœnibus arces:
MAVLBRONNAM veterem quam Lamersheimius olim
Sacrificis struxisse viris cum diuite censu
Fertur, & hinc Basicaimam, dictamq; Leonis
A saxo, viniq; urbem de monte vocatam,
Et noua circumdat quæ mœnia Cocharus amnis,
Et quam Meckmylam rigat aucto flumine IAXTVS.
Sic postquam redijt deuictò ex hoste superbo
Alloquitur tali Germanum voce GEORGVM:

70

75

80

Qui

Qui septem vitæ teneros compleuerat annos.
 85 Disce Puer virtutem ex me, verumq; laborem:
 Fortunam ex alijs, tua cumq; adoleuerit ætas
 Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum,
 Excitet VLRICVS germano sanguine iunctus.

Tempora iamq; adærant Boiæ promissa SABINÆ,
 90 Quam Dux VLRICVS sociali lege Maritam
 Duceret: accurrunt diuerso ex orbe vocati
 Magnates, lati q; Hymenæia festa celebrant.
 Hic ita magnifico sunt omnia facta paratu,
 His decantandis multorum vt carmina Vatum

95 Non benè sufficerent: Equitum quis millia septem
 Enumeret? genus aut horum percurrere possit?
 Quis tot progenitas è nobilitate puellas,
 Tot Matres memoret? Nulla ætas talia vidit.
 Hic lecti iuuenes, certatim auleq; Magistri.

100 Dapsilibus largas portabant lancibus escas:
 Cuiq; suus Pincerna fuit, qui pocula ministret.
 Hic mediâ vinum Fons effundebat in aulâ,
 Vinum album, vinumq; rubens, mirabile visu.
 Hic aderat merita exspectans sua premia palme,
 105 Qui cursu valuit, manuum qui viribus audax,
 Qui iaculo incessit melior leuibusve sagittis,
 Aut qui cornipedum certamine vicit equorum:
 E numero hoc abiit sine munere nullus inanis.

Nondum finierant festinæ gaudia lucis,
 110 Ante alios pulcher iuuenile GEORGIVS agmen
 In medium ducit, seseq; ostentat in armis:
 Tecciace mirata fremit, Boiæq; iuuentus.
 Inprimis pater HEINRICVS, quem plurima vultu
 Canities exornabat, non gaudia mentis

Nuptiæ Ducis
 VLRICI
 VVürtemb.
 Anno 1511.

Pr. GEORG.
 adolescentia.

Pr. GEORG.
 pater HEIN-
 RICVS.

Disimulat, dulcesq; capit sub pectore motus.

115

*Postquam omnem lati confessum oculosq; suorum
Lustrauere in equis, signum dedit ipse Magister.*

*Olli ineunt varios cursus, variosq; recursus
Aduersis spacijs, alternosq; orbibus orbes
Impediunt, pugnaq; cient simulachra sub armis.*

120

*Et nunc terga fugæ nudant, nunc spicula vertunt
Infensi, facta pariter nunc pace feruntur.*

*Excipiunt illos plausu, gaudentq; tuentes,
Dum miscent cursusq; fugasq; & prælia ludo.*

*Iam lætâ VLRICVS populos in pace regebat,
Quem coniux fecit non una prole parentem.*

125

Pr. GEORG.
sedes in virili
ætate.
Anno 1513.

*Mompelgardæos fines tunc ille GEORGO
Tradidit, Harburgasq; arces, Blauoq; vocatum
A scopulo castrum, Richouillamq; superbam,
Atq; alias vrbes, fraterno motus amore.*

130

Nec non Germanæ connubia læta MARIE

Pr. GEORG.
Soror MA-
RIA despon-
sata D. HEIN-
RICO Duci
Brunouicen.
Anno 1515.

Promouit, quam Dux HEINRICVS sidere fausto

*Esse sibi sociam voluit, lætosq; Hymenæos
VVürtembergiacis Sponsus celebrauit in oris,
Ermsius Vracios campos ubi perfluit amnis.*

135

*Hic Sponsæ Genitor tranquillâ in pace sedebat
Deposito sceptro, fessusq; ætate senili.*

*Hic postquam festum solito de more peractum est,
VLRICVS Princeps, Fraterq; GEORGIUS illos
Muneribus dimiserunt non vilibus auctos.*

140

Pr. GEORG.
Pater HEIN-
RICVS æ-
grotat.

*Hinc æuo grandis Genitor, saturusq; dierum
Paulatim HEINRICVS vires decrescere sensit.*

*Huic labor, & grauibus curis oppressa Senectus
Hauserat è gracili totum compage vigorem:*

Nil operæ profunt curaq; manusq; medentum,

145

Inq;

Inq̄, dies aliquid vetulo de corpore cedit:
 Nox abit insomnis, vigilantur tempora lucis,
 Os hebet, & linguae succus sentitur amarus,
 Continuo ad sese natos accersit utrosque,
 150 Quos suspirantes lachrymis affatur obortis:
 Vos mea Progenies, mihi quos Rex ille Creator
 Non una de Matre dedit, sed semine ab uno.
 Sat longè, si quid longè est mortalibus usquam,
 Viximus, & cursum benè magnum implevimus aevi,
 155 Quattuor atq; decem vitæ post lustraperacta,
 Tertius hic agitur reuolutis mensibus annus
 Ex quo me Genitrix vitalibus intulit auris:
 Non atas pretiosa mihi, sed plena labore
 Atq; dolore fuit, si qua fuit optima parte.
 160 Sub Patre multa tuli, qui Martia castra secutus
 Edomuit vi magnâ urbes, quæ fœdera pacis
 Ruperunt, Aquilæ quarentes tuta sub alis
 Effugia, has pressit, mea nondum adoleuerat atas,
 Amisi charam Boio de sanguine Matrem,
 165 Et quamuis fuerit mihi non ingrata Nouerca,
 Quam Pater in thalamos AMADEI stirpe SABAVDI
 Progenitam duxit, tamen hoc fuit usq; molestum,
 Non potuisse Patrem promissa dote potiri.
 Ergo Palatinos multo cum milite campos
 170 Inuasit Pater VLRICVS, dextraq; potenti
 Scutorum incendit congestos victor acervos,
 Hic ubi Vventselio domus est de nomine dicta,
 Qua sese in Nicrum prouoluit Boitvuarus amnis.
 Monstrat adhuc signum belli, pietasq; tabellas
 175 Marpachi structum paulò extra mœnia templum.
 Mox tamen hac fortuna fidem mutauit, & hosti

Oratio HEIN-
 RICHI Princ.
 ad Filios VL-
 RIC. &
 GEORG.

Pr. HEINRI-
 Cius 73. an-
 nor.

Pr. GEORG.
 & VLRICI
 Auis bellum
 gerit cum ci-
 uit. Imperial.
 Anno 1449.
 Pr. VLRICI
 & GEORG.
 Auis Elisab.
 Bauar. mori-
 tur: An. 1451.
 Pr. VLRICI
 & GEORGII
 Auis pugnat
 cum FRID.
 Palat. pro do-
 te MARGAR.
 vxor. suæ.
 Anno 1460.

Victoria ad
 pag Vventsel-
 hub.

Tradi-

Tradidit, heu, charum coniectum in vincla Parentem,

Idem captus
mox liberatur
auro.

Immenso donec sese ere auroq; redemit.

At postquam me plena virum iam fecerat etas,

Princ. VLR. &
GEORG. Pa-
ter HEINRI-
CVS Coad-
iutor Eccles.
Moguntinen.
Anno 1465.

Ad Mogi sedes genitor me misit, ibiq;

180

Addixit sacris: sed non in pace quieta

Hic etiam vixi, quoniam certamine sauo

Discors Praesulerat, sanctas Mars impius ades

Irruit, à templis Theodoro Antistite pulso

Pontificis iussu, per vim successit Adolfus

185

Nassouius Moguntinam deductus in urbem,

Quem mecum Pater ipse meus tutabat in armis.

Tempore post aliquo nihil hic me tale merentem,

Idem capitur
à Carolo D.
Burgund.
Anno 1475.
Breui dimif-
sus.

Sed Patri inuidia bellator CAROLVS audax,

In Burgundiacis dominator CAROLVS oris,

190

In vincla abduxit, nudatum & sapius ensem

Apposuit collo, sed me diuina potestas

Eripuit tandem, patriasq; reduxit in oras.

Amittit Patrē
VLRIC.
ADAMA
TVM.
Anno 1480.

His actis Genitor mortalia tecta reliquit,

Et de fratre nepos patrijs regnavit in aruis,

195

Dictus EBERHARDVS diuinae pacis amator,

Quem ceu Germanum magno constanter amore

Amplexus fueram, faelix concordia nostras

Auxit opes, nam MECHTILDÆ suasu ille Parentis,

Acad. Tybing.
fundata
Anno 1477.

Auxilioq; meo sacrata palatia Musis

200

Magnifico sumptu fundauit in vrbe Tybinga.

Ille meo monitu sacratas Fratribus ades

Struxit Eremitis, syluas ubi plurima Fagus

Formosa exornat, multis hanc dotibus auxit.

Coenob. Ere-
mit. fundat.
Anno 1492.
Vulgò. Stawe
Mönch im
Schönbuch.
EBERHARD.
Barb. iter
Hierosolym.
Anno 1468.
10. Maij.

Hic procul ad Solymam antiquam Libanumq; virentem

205

Impiger accessit, perlustrauitq; beatam

Quam pede pressit humum natus de virgine CHRISTVS,

Quoq;

Quoq; resurrexit tumulo vix Sole ter orto,
 Et quæ signa locis passim monstrantur in istis:
 210 Tempore quo Latias magno cum Cesare terras
 Instructus Sueua cum nobilitate petiuit,
 Et thalami fidam custodem ex vrberemotâ
 Adduxit, medijs quam cingit Mincius undis:
 Ille mihi rerum, & patria commisit habenas.
 215 Quid dicam? nuper quod totum exiuit in orbem,
 Nomen EBERHARDI, cui Maximus AEmylianus
 Arbitr Imperij veteres geminauit honores,
 Vnde Ducis titulo poterunt gaudere nepotes.
 Sic magis ille quidem me fortunatus, & ista
 220 Parte prior, nisi quod moriens non vlla reliquit
 Pignora: sed iustis EBRARDVS legibus haeres,
 Ille meus Frater regni cum scepra paterni
 Susciperet, pro voto animi non omnia sensit,
 Vnde abiicit onus tantum, vobisq; regendam
 225 Tradidit hanc patriam, quando sic fata volebant.
 Hoc vnum mihi dulce fuit per tempora vitæ
 Vltima, quod video vos nostro è sanguine natos
 In patrio regnare solo: non amplius opto
 Viuere, vos autem nostris animum addite dictis:
 230 Mutua vos semper foueat concordia Fratres:
 Tuq; VLRICE, tuis cum sis maturior annis,
 Qua ratione potes non desere, quæso, GEORGVM.
 Fraternali pacem sequitur incunda voluptas,
 Et multum utilitatis habet, quod vestra docebunt
 235 Tempora, semper erunt, qui vobis seua parabunt
 Arma viri, vos arcta magis tum vincla ligabunt,
 Vestros inter Auos qualem vidistis amorem.
 Quod si non paribus studijs HEINRICVS, & vnâ

Coniug. cum
 BARBARA
 Mantuana.
 Anno 1474.

EBERHARD.
 Barbat. crea-
 tur Dux prim.
 VVüitemb.
 Anno 1495.
 21. Iul. In Co-
 mit. VVormat.

Obijt Eber-
 hard Barbat.
 Anno 1496.
 24. Febr.
 Successit E-
 berhard. Iu-
 nior HEINR.
 Princ. Frater.
 Hic se abdica-
 uit, Ann. 1498.

VLRIC. Prin.
 cum Fratre
 GEORGIO
 Ducat. regit
 Anno 1503.

VLRICVS conspirassent, non aucta fuisset
 Hæc ditio, si non Fratri LVDOVICVS IANO 240
 Mansisset fidus, forsã Sturgardia nostro
 Non esset coniuncta solo, si nulla tulisset
 Auxilia EBRARDVS quoties HERMANNVS in hostes
 Conuertit Martem, forsã cecidisset vterque.
 Si non tantus amor Patruumq̃, meumq̃, Parentem 245
 Perpetuò constans etiam post fata ligasset,
 Credite, non opibus res VVürtembergica tantis
 Creuisset nuper: Maiorum discite mores.
 Inprimis nuper cæptum curate Lycæum.
 Vt pia Relligio, sancta doceantur vt artes, 250
 Vt sint salusfici qui spargant dogmata verbi,
 Vt sint civili qui lege negotia tractent,
 Vt sint qui morbos humano corpore pellant.
 Hinc etiam sacris constructas vsibus ades,
 Quas habitant sancti Fratres, sanctaq̃ Sorores, 255
 Corrigite in melius, non illas futilis Abbas
 Ignauo luxu seu turpi crimine perdat.
 Sic agite, este viri, Clementem pectore firmo
 Expectate DEVM, tristesq̃, excludite curas.
 Vos modò non ficta perquirite mente supremum 260
 In cælis Dominum, pulchrisq̃, insurgite cæptis,
 Purior vt cultus templorum vt gloria crescat.
 Vos Opifex rerum fraterno in fædere tutos
 Esse dabit, tandem dabit oia mollia vita,
 Hostibus edomitis, hoc toto limite circum 265
 Vt longa & lata populos dititione prematis.
 Dixerat, & sensim morbo languescere vires
 Incipiunt, Domini ille memor, mortiq̃, propinquus
 Sicut olor, suauis decantans gutture funus,

Os ape-

270 Os aperit, sanctoq; Deum Paene celebrat.

O DEVS immensi Fabricator Maxime mundi,
Omni- bus à seclis, qui nobis instar asyli,
Quàm fierent montes, tellus, & maximus orbis.

Oratio Mori-
turi.
Psalm. 90.

Tu prior aeternum DEVS idem es, & vnus in aeuum;

275 Qui statuis miseris mortalibus vltima fata,
Et faris: Superas homines rursus ite sub auras.

Mille tibi annorum tempus velut vnica lux est
Hesterno transacta die, ceu noctis opaca

Hora breuis vigilis: rapidi nam fluminis instar

280 Ire sinis, viuunt, vt quos sopor obruit altus.

Vt rosa, vel si quæ marcescit protinus herba,

Mane nouo florens, sero sed vespere languens,

Quæ modò falce resecta cadens arefcit ab aestu.

Hæc adeò grauis ira tua est, quæ talia nobis

285 Fata creat, tuus ille furor nos protinus aufert.

Tu DEVS obseruas quicquid deliquimus, omne

Occulsumq; nefas patulas producis in auras.

Hinc pereunt nostri, dum sic irasceris, anni,

Et quasi colloquium vel fabula præterit ætas.

290 Vix decies septem procurrit vita per annos,

Si spaciosa fuit, numerantur lustra bis octo.

Si bona, si pretiosa fuit, repleta dolore

Atq; labore fuit: nam transuolat alitis instar.

Quis tamen vsq; tuam secum consideret iram?

295 Quisue dolet toties commisse crimina culpa?

Quin age, fac animo subeat nos esse caducos,

Vt maior veniat nobis prudentia rerum.

Iamq; redi, teq; aspectu ne subtrahere nostro,

O DEVS, ô clemens propius res aspice nostras,

300 Fac nos maturâ satiet tua gratia luce,

C 2

Vt sine

Vt sine fine animos pertentent gaudia nostros. 300

Iamq̄, adeò luctu tam longo pectora solue,

Postquam tot patimur mala fata, grauesq̄ labores.

Fac tua facta tuis vt fiant nota Ministris,

Et natis horum tua gloria, consule nobis

O Pater, aspiret manibus tua gratia nostris, 305

Et fauor ille tuus conatus prosperet omnes.

Mors & Sepul-
tura HEIN-
RICI Prin.
Anno 1519.

Dixit: & atherias animam exspirauit in auras,

At Nati patrio lectos ex agmine iungunt

Mille viros, qui supremum comitentur honorem.

Vrbs iacet, ipsa Ducum nunc est amplissima sedes, 310

Conspicua excelsis celebris Stutgardia templis,

Huc stanno insertum corpus lachrymabile gestant,

Et templi in medijs penetrabilibus ossa reponunt.

FINIS I. PANEGYRICI.

Capita I I. Panegyrici.

I. Fortitudo Princ. GEORG. aduers. hostes Sueu. Foederis, qui Duc. VLRI C. è ditione eiecerunt.

II. Consolat. Princ. GEORG. ad Duc. VLRI C. exulem, vbi per artif. Poëtic. introducitur visio nocturna, & vaticinia de reditu Duc. VLRI CI: Item, de Successorib. P. P. in primis de Dn. Friderico, Duce nostro.

III. Duc. VLRI CI restitutio per Landgrau. Hass. PHILIP. & Princ. GEORG. Militia: Item, de abitu Duc. CHRISTOPHORI in Galliam.

IIII. Industria VLRI CI & GEORG. P. P. F. F. in reformandis Ecclesijs, & nouis munitioibus erigendis.

V. Reditus Duc. CHRISTOPH. è Gallijs, & de bello Turcico.

Panegy-

Panegyricus Secundus.

DE VITA ET REBUS GESTIS,
Illustriss. & Fortissimi Princ. & Domini,

DN. GEORGI,
COM. WÜRTEMBERG. ET
MOMPELIGARD. DOMINI
SUPREMI HERICVRIÆ,
P. P.

Rost hæc Tisiphone dirarum è sede Sororum,
 Per Württembergam spargit noua semina belli,
 Crudelis belli, longa est iniuria, longæ
 Ambages rerum, scis tu REUTLINGA, tuiq;
 5 Irati ciues, quo tempore cade cruenta
 Percussere virum, medijs in mœnibus urbis
 ACHALMÆ custodem arcis: fuit ille Minister
 Ante alios Domino VLRICO dilectior vnus.
 Ergo tuos muros effusi sanguinis ultor
 10 Destruxit miserè, Princeps inuictus in armis,
 Per vicos passim ferro populatus & igne.
 Pallida Tisiphone cui crimina noxia cordi,
 Sueuiacos firmo constrictos fœdere, duras
 Excitat in pugnas Proceres, qui mœnibus VLMÆ
 15 Egressi, inuadunt vrbes, & milite sauo
 Permiscent Württembergam crudeliter omnem.
 Millia triginta peditum FRONSPERGIVS armat
 Adiungit sese huic Equitum cum millibus octo

Reutlingæ
Achalmensis
Præfectus oc-
cibus.
Anno 1518.

Reutlinga ca-
pitur.
Anno 1519.

Occupatio
Württemberg.
per Fœderat.

Georg. à
Fronsperg.

C 3

Dux



Vilhelm.
Dux Bauariz.

Dux BOIVS cursu rapido dat euntibus illis
VVürtembergæ locum, non vlla resistere tantis
Viribus vrbs potuit, quamuis se fortiter hosti

20

Dux Vlricus
VVürt. cedit.

Opposuit Dux VLRICVS, qui castra tenebat
Hic ubi BLABYRÆ stant mœnia celsa vetusta.
Non tamen, heu, potuit patriam defendere terram,
Iamq; fugâ sibi consuluit, perq; auia syluæ
Hercyniæ Mompelgardam concessit in arcem.

25

Christoph. D.
puer abduci-
tur in Baua-
riam.

Ipsa Tybinga caput terræ sibi credita dudum
Pignora chara Ducis teneris seruabat in annis:
CHRISTOPHORVM puerum, cuiusq; in mollibus ANNAM.

30

Pr. GEORG.
Fortitudo.

Abduxere illos hostes, claramq; Tybingam
Et Neiffam possedere, Aspergamq; superbam.

Tum pro Germano prima ipse GEORGIUS arma
Dicitur induxisse humeris, & robore magno

Qua dextra ante feras solitus terrere fugaces,
Hac repulisse viros hostes: Sed viribus impar,
Cogitur, heu, tandem feruenti excedere pugna:

35

Non aliter, quàm cum venantum turba Leonem
Cum telis premit infensis, at territus ille

Asper, acerba tuens, retrò redit, & neq; terga
Ira dare aut virtus patitur, nec tendere contra

40

Ille quidem hoc cupiens potis est, per tela, per hostes.

ARGENTINA locum dedit huic, toriesq; gementem
Audijt VLRICI fatum, sortemq; malignam,

Donec post aliquot messes, à Marte quietus
Richouillanas redijt possessor in oras.

45

Pr. GEORG.
nouam arcem
Harburg. ex-
truit.

Hic arcem statuit multis conclauibus altè
Eductam, quam longa mora est includere nostris
Versibus, hic celsa supraq; infraq; columna,
Et magno apparente constructa palatia luxu.

Eruta

50 Eruta multa patent veterum monumenta virorum.

Hic Alemanniacas olim cecidisse cohortes

Fama refert, quas deuicit Romana iuuentus.

Hic ubi tunc stabat vetus ARGENTARIA dicta:

Hic iam sunt opera artificum, sunt marmore picta

55 Atria, calataq; trabes, a sarotaq; pulchra.

At non ille tamen sortem est oblitus iniquam

Germani VLRICI, terris quem saepe paternis

Reddere tentauit, quos & non ille Tyrannos

Accessit supplex? quoties non ille rogauit

60 Caesaris ante thronum, ne VVürtembergae careret

Natio Domino, qui multis exul in oris

Implorabat opem, nonnunquam clanculus hospes

Calcabat natale solum, patriq; popelli

Non sine letitia fidum explorabat amorem?

65 Ipse quidem Caesar ditionem CAROLVS emptam

Tradidit Archiduci consanguinitate propinquo

FERNANDO, qui praesidijs muniuit ubiq;

Oppida cum vicis, & se mandauit ubiq;

Agnosci Dominum per VVürtembergica rura.

70 Ecce autem interea Sueuas commota per vrbes

Seditio exoritur, quam rustica turba ciebat:

Agricolae indomiti concurrunt undiq; telis,

Et posthac Leges Dominorum audire recusant.

Euertunt arces, & templa, domosq; sacras

75 Diripiunt, aequantq; solo, magnoq; furore

Nobiliore satos de sanguine morte cruenta

Obtruncant, alios equidem de turribus altis

Deturbant, alios medias transire per hastas

Ad miserum cogunt per vulnera plurima lethum.

80 Heu mihi, quam multo casorum sanguine tincta est

HEIL-

Pr. GEORG.
afflictio pro
Fratre VLRI-
CO Duce.

VVürtember-
gia Caesari
Car. V. vendi-
ta: post tradita
Ferdinando.
Anno 1522.

Rustic. seditio
in agro VVür-
temberg.
Anno 1525.

HEILBRONNA & VVINSPERGA *vetus? quot fana ruinam
Traxerunt? quot nobilium castella virorum
In cineres considerunt? ô digna seueris
Impietas pœnis, magnis quæ sumptibus olim
Ad sacros usus nostri struxère Parentes,* 85
*Rusticus ille furor vastauit ubiq₃, nec aris
Abstinit, nihil intactum sartumve remansit.*

LIECHTOSTERNA *cadit, cadit ADELBERGA, caditq₃
LORCHA vetus, quas & Ludouici nomine dictus.*

Rex Pius, ad MVRHAM *sacratas condidit aedes.* 90

Nec non fors eadem geminam ALBAM *pressit herilem,*

Et BEBENHVSANOS HERENBERGOSq₃ *penates,*

Atq₃ domum AVRELII *quæ continet ossa beati.*

Sic iterum magno se VVürtembergæ *tumultu*

Quassatam sensit, donec Truchsessius heros 95

BOBLINGÆ *in campis populos oppressit agrestes.*

Talia cuncta videns Dux VVürtembergicus exul,

Sollicitum nunc huc animum, nunc diuidis illuc,

Qua tandem patrias ratione capefferet oras:

Auxilia unde petat, versatq₃ *per omnia mentem.* 100

Tunc illi tristes mulcens in pectore curas

Germanus grata sic voce GEORGIVS *infit:*

O Frater, quò fata irahunt, retrahuntq₃ *sequamur:*

Quicquid erit superanda omnis fortuna ferendo *est.*

Est tibi Landgrauia natus de stirpe PHILIPPVS, 105

Hunc cape bellorum socium, & coniunge *volentem:*

Quæ ferro amissa est, ferro reparanda *vicissim*

Terra tibi, pretio & precibus tamen *antè videndum,*

Flectere Casarios animos si fortè *queamus.*

Est tibi CHRISTOPHORVS natus, qui *Cæsaris aulam* 110

Iamdudum sequitur, Camera cui *prouida cura:*

Quin

GEORG:
Truchsessius
Fœderator.
Imperator
profligat sedi-
tiosos.

Conata VLR.
& GEORG.
de recip. Duc.
VVürtemb.
Anno 1528.

Quin etiam accepta Caesar de more corona,
 Concilium nostris, ut fama est, coget in oris,
 Hic ubi Vindelicorum altam Lycus alluit urbem.

115 Caesaris ante aures pro te prece supplice Natus
 Omnia conetur, quod si non audiet illum
 Arbitr Imperij, non est spes omnis adempta:
 Sed ferro tentanda via est, me semper in omnes
 Promitto casus comitem sociumq; paratum.

120 Nox erat, & genus omne hominum sopor altus habebat, Visio No-
cturna.

VLRICVS mæstis turbatus pectora curis,
 Procubuit, seramq; dedit per membra quietem.
 Huic est visa polo subito delapsa supremo
 Alizeri noua forma viri has effundere voces:

1250 Princeps duris iam longè exercite fatis
 Consilijs pare, quæ dat tuus ille GEORGVS,
 Neu belli terrere minis, timor omnis & ira
 Concessere, DEVS cælo est miseratus ab alto.
 Iamq; tibi (ne vanæ putes hæc fingere somnum)

Vaticinia de
 Ducib. VVürtt.

130 CHRISTOPHORVS natus redit, & iam Caesaris aulam
 Deseruit nuper fido comitante Magistro:
 Hic reducem te spectabit, tum secula bellis
 Mitescent, hic tu sex & bis quinq; per annos
 Subiectis pia iura dabis: sed post tua fata

De Principe
 CHRISTO-
 PHORO, qui
 ex aulâ Cas.
 discessit.
 Anno 1532.
 De Principe
 VLRICO.

135 CHRISTOPHORVS patria sceptrum gestabit in ora,
 Donec eant ter sex æstates, ille relinquet
 Progeniem multam, LVDOVICVS solus & vnus
 Ex illis modò quinq; reget per lustra, nec ultra
 Viuus erit, natos non ullos ille creabit.

Iterum de
 CHRISTO-
 PHORO.
 De Principe
 LVDOVICO.

140 Progenitus sed deinde tuo de Fratре GEORGO,
 (Qui demum seris uxorem ducet in annis)
 Succedet VVürtembergis Dux Magnus in oris,

De Principe
 GEORGIO,
 FRIDERI-
 CO, & poste-
 ris-

D

Qui

Vide infra Pa-
neg. 3. v. 178.

*Qui FRIDERICVS erit fœlici nomine dictus.
Huic DEVS imperium longum concedit in avum,
Per Natos Natorum, & qui nascentur ab illis.*

145

*His dictis nox VLRICVM somnusq; reliquit,
Surgit, & ad Cœlos ex imo corde precatur:*

Pfalm. 3.

*Summe Pater, quàm densa cohors contraria nobis
Ingruit, & sese opponit, vitæq; minatur
Sapè meæ? dicunt isti sine fronte pudoris
Esse mihi auxilium diuino à numine nullum.*

150

*At tu parma mihi, clypeo tu fortiter hostes
Opprimis, hocq; caput de puluere tollis in altum.*

Gloria magna mihi te solo vindice parta est.

Te precor, ô diuine Pater, ne temne precantem:

155

Vt securus agam, quando de nocte soporem

Accipio membris, ut me tua dextera seruet,

E somnis quoties vigil orto Sole resurgo.

Non ego iam metuam venientum millia centum,

Qui sua castra aduersa mihi circum undiq; vallant.

160

Tu fer opem DEVS alme tuam, tu redde salutem,

Nam tu fulmen habes hostiles frangere malas.

A te dependet rerum fortuna mearum.

Pr. VLRICI
& GEORG.
iter ad LAND
GRAVIVM
PHILIPPVM.
Anno 1533.

Dixit: LANDGRAVIVMq; Ducem cum Fratre GEORGO

Latius adit, deq; his docet ipsum & singula pandit,

165

Et quæ nunc animo constet sententia, querit.

*His ita LANDGRAVIVS: Vos ô fortissima bello
Pectora, sospitibus vobis ego tempore nullo*

Res VVürtembergæ amissas victasq; fatebor.

Sunt nobis equidem tanta ad molimina rerum

170

Exiguae vires, Caesar circumsonat armis:

Et nerno bellorum argento auroq; caremus.

At vobis superest Francis vicinior oris

In Pe-

In Peligardao tellus ditissima Monte:
 175 *Liligero Regi paruum hanc concedite tempus*
Pignoris esse loco, vobis dabit ille vicissim
Auri atq; argenti facti infectiq; talenta.
Ipse ego Ductor ero, veniamq; ad bella paratus.
Forsan erit tempus, quando tibi Magne GEORGI
 180 *Natam coniugio iungam, propriamq; dicabo,*
Qua pulchra ante obitum faciat te prole parentem.
Multa dies, variusq; labor mutabilis aui
In melius retulit, multos alterna reuisens
Lusit, & in solido rursus Fortuna locauit.
 185 *Auxilio nobis adsit Rex Magnus Olympi.*
Sic ait, & dictis à se dimittit amicis.
Vt tria lustra ierant ex quo patria arua reliquit
Pulsus in exilium, quamuis innoxius esset
 VLRICVS Princeps fortissimus, undiq; cogit
 190 *Auxilia, & campos collecto milite complet:*
Hic inter primos erat ipse GEORGIUS Heros,
Et Fürstenberga genitus de stirpe VVilelmus.
Inde alij Proceres, Dux Hassicus ipse PHILIPPVS
In medio chlamyde, & pictis conspectus in armis.
 195 *Ad Nicrum tendunt omnes, qua meta viarum*
Proxima, quadrupedum latè quatit vngula campos.
Vrbs est, quam LAVFFAM germano nomine dicunt,
Hic ubi NICER aqua violento voluitur aestu,
Hic Regis vuinda templumq; diemq; puella
 200 *Consecrassè ferunt, veteres qui tempore prisco*
Hos habuère locos Equites, magniq; Barones.
Regia non procul hinc acies sua tuta locorum
Castra Palatino tenuit Ductore supremo.
Hic secum rapuit Iuenum bis millia quinque,

Vide infra
 Paneg. 3. v. 201

VVürtember-
 gia armis re-
 cuperatur.
 Anno 1534.

Pr. GEORG.
 VVILELM.
 C. Fürstenber.
 PHILIP.
 Landgr. Hass.

Acies Regia-
 PHILIPP. PA-
 LATINVS
 Vicar. Reg.

Bis geminis acies quos millibus auxit equester. 205

Illis Hassiacæ sese opposuere phalanges,

Propter aquas Nicri, summo ductore PHILIPPO,

Millia triginta peditum, quos quinq; sequuntur

Millia quadrupedum, qui terga armata premebant.

Per litus passim Legio sortita periculum 210

Excubat, exercentq; vices, quod cuique tenendum est.

Non hic LANDGRAVIUM retinet mora, sed rapit acer

Totam aciem secum, gelidig; in litore NICRI

Signa canunt, fit conflictus, concurritur armis.

Ecce, Palatinus, sonipes quem fortè vehebat 215

Per cuneos, missâ dextro pede glande petitus

Exhalante ferâ procumbit in arua volutus

Hunc infrenis equi lapsu tellure iacentem

Attollunt socij, ASPERGÆq; in tecta reponunt.

SCHERIUS hic etiam percussus vulnere sano, 220

Amisso discedit equo, pugnamq; relinquit.

Vtq; acies vidit belli excessisse Magistros,

Pars sese Aspergam recipit, pars flumine Nicri

Abripitur, multa hic morientia corpora voluit.

VLRICVS Stutgardiam contendit ad urbem, 225

Excluditq; hostes portis, mox inde Tybingam

Deditione capit, non ullo sanguine fuso.

Vraca 25. Maij Verberat Vraciam tormentis fortiter arcem,

Aspergamq; altam subdit, Neiffamq; superbam.

Hinc Oratores reliquas emitit in vrbes, 230

Vt se subijciant sine ferro, armisq; cruentis,

Et veterem Dominum quo fas in honore receiptent.

Non renuunt illa, veniunt cum clauibus ultrò,

Orantes veniam, & requiem finemq; malorum.

Hic Dux VLRICVS placido sic ore profatur: 235

Nunquam

Regiorum
clades.

CHRISTO-
PHORVS
Truchsessius
Scherius vul-
neratur.

Stutgardia
dedita, Anno
1534. 15. Maij.

Vraca 25. Maij

Asperga.
Neiffa.
Mens, Iun.

Nunquam acies, nunquam arma libens in praelia moui:
 Me pulsum toties iniuria tanta coëgit

Tecciacos toto defendere Marte penates.

Hinc sese ad gentem Hassiacam conuertit, & alto
 240 Pectore verba trahens, rursus est sic ore locutus:

O CATTI, mecum per certa pericula vecti,
 Per tantos bellorum aestus, conuertite mentem
 In melius, iam finis erit (sic spero) malorum.

Tuq; ô Cattorum decus immortale tuorum,
 245 Per longam seriem Francis qui Regibus orium

LANDGRAVIUS ducis, quæ præmia digna rependam
 Magne PHILIPPE tibi? tu me rerum omnium egenum

Iuisti vita atq; opibus, dum montibus umbra
 Lustrabunt, conuexa polus dum sidera pascet,

250 Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebunt,
 Seraq; posteritas nostris ex ossibus orta

Fædus amicitie colet, & socialia semper
 Vincula seruabunt per secula longa nepotes.

Interea, neq; enim patrius consistere mentem

255 Passus amor, natum longo non tempore visum

CHRISTOPHORVM iubet adduci, qui Caesaris iras
 Formidans tutis latuit benè tectus in oris,

Cui tum prima genas vestibat flore iuuenta,
 Ante annos animumq; viri, curamq; gerenti.

260 Cui sic ore dabat: Nate, in quo cura parentis

Vna & sola manet tanto in discrimine rerum:

Ah, quàm te mala sors teneris agitauit in annis!

Completo nondum lustro te perfidus hostis

E gremio matris rapuit, Boiæq; remotas

265 Intulit in terras, ut vitæ inglorius eum

Hic ageres, patrijs non unquam redditus oris.

Oratio D.
 VLRICI ad
 Fil. CHRI-
 STOPH.

Mittitur ad
Cameram
Cæsar. Car. V.

Vix euasit
Turcas.
Anno 1529.

Quamuis ipse tua commotus ab indole Cæsar,
Custodem Camera pubenti in flore recepit:
Hic tamen expositus fati, & mille periculis
Vix euasisti, quin Turcica præda fuisses,
Hic ubi Neustadio iuncta est augusta VIENNA.
Quin & Cæsaria lior truculentus in aula
Te quasi captiuum insidiis tractauit iniquis.
Ipse vides tandem quod nos diuina potestas
Reddidit huic patriæ post quinq; decemq; peractas
Exilijs hyemes, statuitq; in pace quieta.

270

275

Nunc audi, quæ nostra animo sententia surgat:

Quam Pelizardæ dicunt de nomine Montis
Terra iacet sceptris iamdudum subdita nostris,
Hæc est Gallorum pro pignore credita Regi,
Qui nos auxilijs opibusq; adiuuit egenos.
Quare age te mittam pretio qui ritè soluto
Hanc terram repetas, & nostro nomine grates
Persoluas Regi, fidusq; Minister in aula
Permaneas isthic, donec maturior ætas
Te doceat populos regere, & præscribere leges.

280

285

Mittitur in
Galliam.
Anno 1534.

Reformatio
in Ducatu
VVürtemberg.
Anno 1530.

Pacatis rebus, maius sub pectore voluunt
Dux VLRICVS opus Fraterq; GEORGIVS, ambos
Cura grauis verà de Relligione fatigat.
Fæda superstitio Germanum oppleuerat orbem
Fraude Patris qui se Romana in sede locauit.
Sacrificis non hic pietas, non aurea cordi
Relligio, sed turpem in luxu perdere vitam.
Ergò Duces ambo veros succedere falsis
Cultibus instituere par, templisq; dederunt
Doctores incorruptos, quibus vnica cura,
Vt longa populos ex impietate reducant.

290

295

Sic

*Sic quondam Gedeo, Beli delubra nefandi
Cum foret Idolis Hebraea à gente litatum,
300 Eruit, & turpem destruxit ubiq; Peorum.*

*Quin etiam VLRICVS non parua dote Lycaum
Auxit, ubi Nicri circumdatur amne Tybinga,
Scripturas edocta sacras, ut turba virorum
Sufficeret templis nostris, arisq; sacratis.*

Stipend. Ty-
bing. fundat.
ab VLRICO
& GEORG.
P.P. VVürten-
Anno 1536.

*305 Mompeligardiaca bis quinque GEORGIUS ora
Addidit, & largo censu donauit alumnos.
Augustiniaci Fratres hanc ordinis olim
Incoluere domum, sed nunc studiosa iuuentus
Hic alitur magno iuuenili in tempore sumptu.*

*310 Posthac LANDGRAVIO sic exhortante PHILIPPO,
Arcibus imponunt firmo munimine valla,
Aspergamq; altam, celsaq; in monte Tuellam
Condensant muris, & propugnacula ponunt.*

Munitæ arces
& vrbes
VVürtemb.
Anno 1537.
& 1538.

*Arce noua murisq; nouis & mole superba (dunt.
315 SCHORNDORFFAM melius munitam hoc tempore red-*

*Hic bis mille viri saxis lignisq; ferendis
Conuenere tubæ ad signum: pars ducere muros,
Pars crassis manibus subuoluere grandia saxa.
Ut quondam Rex Iessæo de sanguine natus*

2. Chronic. 8.

*320 Muniuit Balatham, Thattamq; & utraq; Bethoron,
In quibus aut Regis thesauri, agilesq; quadrigæ,
Aut equitum turma, aut certi granaria victus.
Et pius Ezechias Solimâ Regnator in vrbe
Effecit patriam valido munimine firmam,*

*325 Constituitq; suis noua propugnacula muris,
Et catapultarum iaculorumq; addidit arma,
Et duris ciues clypeis instruxit, ut omnem
Assyriæ hostilis vim propulsare valerent.*

2. Chronic. 32.

Et iam

Militia
CHRISTO-
PHORI VVür-
tenberg. in
Gallia.
Anno 1537.

Et iam CHRISTOPHORVS iussu parere paternis
Sat memor, & Pedemontanis iam miles in oris 330
Viginti & tria signa feros educit in hostes,
Phæbeos tolerans æstus terrarū, mariq̄:
Ferre sitim, diramq̄, famem iam discit, & equo
Perdurare animo tot certa pericula vitæ.

Induciz belli
Anno 1538.

Ausonius donec Præsul pia fœdera pacis 335
Attulit, hîc ubi se Nissæia mœnia tollunt.

Reditus D.
CHRISTO-
PHORI.
Anno 1542.

Ad patriam, carumq̄, Patrem tunc ille reuersus,
Aduersus Solymanneas pugnare cohortes
Cogitat, in Martem cordata mente paratus.
Nam Solymanus atrox diros hoc tempore Thraces 340
Armârat, Pestumq̄, urbem, Budamq̄, superbam,
Strigoniasq̄, arces, & Regis ceperat Albam.

Comitia Spi-
tz, Ann. 1542.

Protinus Austriacus Nemetum FERNANDVS in vrbe
Concilio indicto Germanos Marte potentes
Admonet, auxilium ferre, atq̄, extrudere Turcas 345
F nibus Hungaricis: assensu largiter vno
Sese alices simul ostendunt, belloq̄, paratos.

Auxil. VVürt.
contra Turc.

VLRICVS, nec non ad bella GEORGIVS acer,
In pugnam mittunt patriæ magna agmina gentis.
Ter quinquagenos Equites in prælia natos, 350
Mille viros Peditum, & tormenta minantia Mortem.

Georg. Ho-
henheffenfis.

Illos Hevuaâ de stirpe GEORGIVS ortus
Pannonios in agros duxit, vitamq̄, reliquit.

FINIS II. PANEGYRICI.

ξ. Θεω.

Capita Panegyrici 111.

I. Colloquium Duc. VLRICI cum Fratре GEORGIO, De Marrimonio Filij CHRISTOPH. vbi Sponsa per circumstantias laudatur.

II. De Fortitudine & periculis Princ. GEORG. in bello Germanico.

III. De Marrimonio Princ. GEORGII. & confederatione cum Duce CHRISTOPH. VVürt.

IV. De Princip. GEORG. Filio: D. FRIDERICO, hodie D. VVürtemb. de quo recens nato, ex arte Poëtica multa notabilia & illustria vaticinia in medium proferuntur.

V. De peregrinatione D. Princ. GEORGII ad D. VVolffg. Duc. Bipont. Affinem, &c. vbi ex aduersa valetudine inter Psalmod. lection. vitæ pensum absoluit: Idib. Quinct. Anno 1558.

E Panegy.

Panegyricus Tertius.

DE ILLVSTRISSIMO ET FOR-
tissimo Principe & Domino,

DN. GEORGIO,
COM. WÜRTEMBERG. ET
MOMPELIGARD. DOMINO
SUPREMO HERICVRIÆ,
P. P.

Oratio Ducis
VLRICI, ad
Fratrem Prin.
GEORG. de
Coniugio Pr.
CHRISTO-
PHORI.

Germanum tali VLRICVstum voce GEORGVM
Alloquitur: Tu nosti equidem, charissime Frater,
Ad Rhodani Dominum ante annos dimissum octo

CHRISTOPHORVM Natum, sub quo tolerare labores
Militiæ, cuiusq; assuescat cernere facta. 5

Vt nuper redijt longinquo à flumine Vari,
Hungaricum in bellum totis se viribus armat.

At me tarda premit, morbisq; grauata Senectus,
Signaq; vicinæ veniunt prænuncia Mortis:

At Patriæ nostræ superest hic vnicus heres: 10

Ipsè vides quantum superet virtute decora,
Et certè tanto nos huic impensius æquum est

Consulere, & rerum varios expendere casus.
Coniugio huic meditor caram sociare maritam,

Nobiscum vt magno Patriæ teneatur amore: 15

Dum cælebs te vita tenet, charissime Frater,

Nostra erit hæc Regio satis ampla mihiq; tibiq;

Mompeligardæas pacato Casare sedes

Huic dabimus, si consultum sic esse videtur.

Frater

20 Frater ad hæc læto respondens ore profatur:
 Haud equidem sine mente reor, sine numine CHRISTI
 CHRISTOPHORVS redijt: Sponsam coniungere fas est
 Non genere indecoram, aut spretis natalibus ortam:
 At quæ communem cultum, & communia Sacra
 25 Nobiscum colat, & nostris sit gloria terris.
 Me si fata volent sine prole relinquere vitam,
 Tum meus omnis ager, cumq; altis oppida castris,
 CHRISTOPHORO cum pace mea per secula cedent.
 Quamq; nouam statuo Harburgis in mœnibus arcem,
 30 Si volet illa etiam in terra considere, cedo.
 Tu modò non concede abitum, caussasq; manendi
 Huic expone duas, nobis DEVS annuat oro.
 Sunt multi magniq; Duces, & Teutonis ora
 Magnanimi Heroës, genus alto à sanguine Regum,
 35 Hunc sibi qui Generum exoptant tot dotibus auctum:
 Nec mora, CHRISTOPHORVS Patris intratecta vo-
 Huic Pater apposuit pleno duo pocula vino, (catur:
 Rubro hoc, illo albo, iussiq; vt sumeret haustum
 Ex vitro vellet: mandatis ille paternis
 40 Paruit ex albo, sortis licet inscius esset.
 Huic Genitor: CHRISTVS, totum qui temperat orbem,
 A quo nomen habes, qui Fons est magnus amoris,
 O Fili, CHRISTVS nostra hæc incepta secundet.
 Hic ubi Marchiaca iacet vrbs ditionis ONOLDA,
 45 Principibus possessa viris, pulcherrima sedes,
 Ornatus solida virtute GEORGIUS illam
 Nunc tenet, illustris Princeps, sceptroq; potenti
 Subiectos populos, dotaliaq; arua coërcet.
 Huic Münsterberga de Coniuge nubilis annis
 50 Et matura viro superat castissima virgo:

Pr. GEORG.
 Responsum.

Arx HAR-
 BURGA à
 Pr. GEORG.
 condita,
 Anno 1541.

Ducis VLRI-
 CI Oratio ad
 Princ. Filium
 CHRISTO-
 PHORVM
 de incundo
 Matrimonio.

Sponsæ Pa-
 tria Onolda,
 Vrbs Vulgò
 Onspach.
 Sponsæ Pater,
 GEORGIUS
 Pius: March.
 Brand. & O-
 nold. &c.
 Sponsæ Mater
 HEDVVIGIS,

Carol. Duc.
Münsterberg.
& Præsid. Si-
lef. Filia.

Hanc tibi delegi multis de millibus unam,
Quæ tecum posthac fœlices exigat annos,
Et fœcunda patrem faciat te pignore multo.

Pr. GEORG.
VVürtember.
industria erga
Sponsum, D.
CHRISTO-
PHOR.

Continuè Sponsus Patruo comitante GEORGO,
Latus abis, iam promissa de virgine certus.
Hic confirmantur pia fœdera, dextera dextra
Iungitur inq̃ vicem Sponsalia munera dantur.

Celebrantur
Sponsalia.
Anno 1542.

Tunc epulo indultum, tunc omnis cura valere
Iussa, proculq̃ aētus mæror, ceu quando fugatis
Post multas hyemes tempestatumq̃ furorem
Nubibus, in vacuum purus redit aëra Titan:
Tum thalamo statuère diem, festoq̃ iugali.

At Pater aetherius rerum cui summa potestas,
Hic iterum letis coniungere tristia rebus
Cogitat, & fatis miscere aduersa secundis.

Socer Ducis.
CHRISTO-
PHORI mo-
ritur. an. 1543.
4. Ian.

Heu, Socerum interea Cœli vitalibus annis
Eripit: & iam Fama huius prænuncia luctus
CHRISTOPHORVM Sponsum, & Teccia mœnia com-
Dant gemitum, pectus tundunt, præq̃ omnibus vnus
Cum Patre, cum Patruo, lachrymis deplorat obortis
Tecciacus Sponsus Socerum, hoc in cardine rerum
Extremum clausisse diem, magnunq̃ dolorem
Antiquo de more atro testantur amictu.

Non igitur pompas voluit celebrare superbas,
Tempore quo Sponsam Patriæ de finibus urbis

CHRISTOPHORVS duxit, socij q̃ iugalia lecti
Vincula suscepit, faciente Antistite Sacrum.

Sedes Duc.
CHRIST.
apud Mom-
pelig.

Hunc Pater & Patruus posuère in pace quieta,
Hic ubi Mompeligarda iacet, pinguis tellus.

Post hæc Teutonio tempestas tristis in orbe
Consurgit, dirisq̃ implet rumoribus vrbes,

Quod

Quòd Cæsar veniat circumstipatus Iberis,
 Austriadumq; ope suffultus, frameaq; Boëma
 Intentare illis cadem, stragemq; nefandam,
 85 Qui renuant cultus veteres, qui dogmata nolint
 Præfulis Ausonij, istorum qui causa malorum
 Sola fuit, Meretrix Babylonia, bestia seua.
 Classica iamq; sonant, & Teutonis ora tumultu
 Coniurat trepido, seuit Germana Iuventus.
 90 Non tulit VLRICVS Fraterq; GEORGIVS istud
 Seruitium, malunt pro libertate moriri.
 Ergò ruunt in bella pares, & Signa virorum
 Bis duo, bisq; decem tanta hæc in prælia cogunt.
 Hos inter medios Dux ipse GEORGIVS armis
 95 Cinctus agit, secumq; HARDERVM in prælia ducit,
 Heideccumq; & Gyltingum duo fulmina belli:
 Hic etiam Schertlinus adest, acuitq; furores,
 Et Bessererus medijs in millibus ardet.
 Continuo angustas currit Schertlinus ad Alpes,
 100 Ut biuias armato obsidat milite fauces,
 Cæsariamq; aciem excludat, turmasq; Latinas.
 Occupat hic Erebergam arcem, celsamq; FIESSAM,
 Heideccus VVerdam fluuio quam circum ISTER,
 DILLINGAMq; capit, tentatq; pericula belli.
 105 Tunc à Danubij descendit flumine Cæsar
 Iuxta Ingolstadium, cui se Neoburga minanti,
 Cui se Schertlino multum indignante Lauinga,
 Danubiumq; omnis subdit, veniamq; precatur.
 Interea Heidecco ductante GEORGIVS ibat
 110 Auxilio reliquis, usq; ad Duntsdorffica rura,
 Utq; vacillantes Ductores vidit ubiq;
 Totam aciem ad Patrie fines & nota reducit

Bellum Ger-
 manicum,
 1546.

Pr. GEORG.
 Fortitudo.

Pr. GEORG.
 periculum.

Limina, Schorndorffamq; intrat, Martemq; laceſſit.

At Fratrem VLRICVM munita in teſta Tuella

Conſtituit, ne Caſareis ſuccumberet armis. 115

Exceſſit deinde ipſe loco populisq; pepercit.

Quos ſine vulneribus, ſine cæde, & ſanguine fuſo

Obtinuit Caſar lati per flumina NICRI:

Caſar occu-
pat Dition.
VVürtemberg.

Ergò Oratores VLRICVS ab arce Tuella

Germani ſuaſu mittit, qui protinus irent, 120

Quiq; exorarent irato à Caſare pacem.

His poſtquam admiſſis coram data copia fandi:

Oratio FESS-
LERI Can-
cellarij VVür-
temberg. ad
Caſarem.

FESSLERVS Senior demiſſo pectore cæpit:

O Caſar diuine, genus qui ducis Olympo,

Parce Duci VLRICO, Germano & parce GEORGO, 130

VVürtembergiacis clemens es victor in oris:

Non hi te Imperio cupiunt detrudere auito,

Non ferro veniunt Diui populare penates

Caſaris, aut raptas à templis vertere prædas.

Non furor hic illis, non tanta ſuperbia cordi, 135

Non truce Caſarium petitur caput enſe, ſed una

Relligio patria maneat quæ libera terra.

Tu modo da pacem, Te VVürtembergæ viciffim

Agnoscit Dominum Imperij, Patriæq; Parentem.

Proſequitur Caſar venia, exauditq; precantes, 140

Dux VLRIC.
recipitur in
gratiam.

Sed tria caſtra ſibi tota in ditione reſeruat,

In quibus impoſuit ſæuo mucrone minantes

Quas acies ſecum Hiſpanis eduxerat oris.

Protinus Aſpergæ ſedes, Kürchæaq; caſtra

Inuadunt, & Schorndorffæ noua mænia latis 145

Ingreſſus Hi-
ſpanor. in Du-
cat. VVürtenb.

Vexillis intrant, generoſi ubi copia Bacchi,

Et flauæ Cereris iacuit congeſta ſupellex.

Nec prius his ceſſere locis, quàm tertius iret

Autumnus,

Autumnus, patria cum iam tractaret habenas,
145 CHRISTOPHORVS Princeps chari post fata Parentis.

Discessus.

Vt fuit VLRICO Duce Fratres GEORGIVS orbis,

CHRISTOPHORO se coniunxit, qui regna paterni
Imperij facta vix tandem pace regebat:

VLRICVS
Dux moritur.
Anno 1550.
3 Id. Nouem.

Mompelgardiacam nuper qui sede relicta
150 Venerat ad NICRV M, secumq; adduxerat unam
Vxorem & prolem generoso sanguine natam,
Vrbs ubi nota iacet, priscum cui nomen Equarum
Hortus habere dedit, iam tunc possederat illam

CHRISTOPHORVS, iam tunc excluserat omnibus oris
155 Hispanas acies: Nam gratia Caesaris illi

Succedit Dux
CHRISTO-
PHOR. & se-
dem transfert
Stuttgart.

Prompta fuit, teneris dudum quem norat ab annis
Religioso animo, & nulli pietate secundum.

Hic ergo patrum fati melioribus uti

Exoptat, magno coluit quem semper honore.

160 Tempore quod nullo, quod nulla in sorte Parenti
Defuerat, varijs comes indivisus in oris,

Durante exilio, & rebus durantibus arctis.

Hunc ad se vocat, & dictis ita mollibus infit:

165 Qui nobis superes Princeps animose GEORGI,

Wuertembergiacae non ultima gloria gentis.

Tu Patre defuncto, nobis Pater alter haberi:

Ille tuam bene sensit opem, dum vita manebat,

Auxilijsq; tuis per multa pericula vitae

Sapius evasit: Quare persolvere dignas

170 Non equidem grates angusto e pectore possum.

At Pater Omnipotens oculis qui talia iustis

Aspicit, ille tibi largissima praemia reddet,

Pro pietate tua, per millia multa nepotum:

Sic est in fati, nec me pia numina fallunt.

Oratio Ducis
CHRISTO-
PHOR ad
FR. GEORG.

Iam

Vaticinia de
Pr. GEORG.
Posteris.

Supra Paneg.
2. v. 140.

Iam iam tempus erit, soboles pulcherrima quando
Sanguine nata tuo, in patrijs dominabitur aruis,
Posteritasq; meo de semine tota virilis
Deficiet, sic prädixit puer aliger olim.

Quare age, non fas est oracula temnere Diuum:
Elige vel tandem multis è millibus unam,
Quæ tecum vitæ reliquos benè transigat annos,
Progeniemq; nouam patrias quæ gignat in oras:
Quas Pater ante meus cum magnis urbibus arces,
Quos populos, & quas terras tibi tradidit olim,
Seu sint Alsaticis quas Illus inundat in oris,
Seu Burgundiacis in finibus, omnia rursus
Omnia concedo, quæ tu cum coniuge charâ
Possideas in pace bonâ, quin insuper addo
Proxima Badanis Neopyrgæ mœnia terris,
Cum vicis & agris, quos Entsius alluit amnis.
Tu modò ne sterilem ducas sine coniuge vitam,
Si te fortè premant morbi, & tua grandior atas,
Quis tibi succurret? vel quis tua damna leuabit?
Vxor enim Matremq; Patremq; focosq; paternos
Deserit, ut tecum maneat noctesq; diesq;
Et sæcunda tuo pariat de semine prolem,
Constituâtq; nouam tecum gentemq; domumq;
Nascitur indigne per quem non nascitur alter.

Oratio respon-
soria Princ.
GEORG.

Huic iterum placido sic ore GEORGIUS infit:
Quam pro me curam geris, hanc Dux Optime grato
Ex animo agnosco, simul & quæ plurima subdis
Regna meo Imperio populosa & ditia regna.
Quod fidum das consilium, ne tempora vitæ
Orbus agam sine coniugio, sine pignore lecti,
Non equidem renuo, non fas oracula Diuum

Temne-

205 *Temnere, namq; meo genitos de semine certum est*
Per longam seriem Dominosq; Ducesq; futuros,
Quàm latè NICER, quàm latè funditur ILLVS.
Iam subit huic animo, quo tempore belliger HESSVS
Post tam longa tuum post tristia fata Parentem
 210 *Reddidit huic Patriæ, verbis tunc ille benignis*
Promisit Natam nobis, dulcisq; Maritæ
Spem non obscuram seros mihi fecit in annos:
Est huic sat matura viro, sat nubilis annis
BARBARA, quam Pietas, Virtus, & Gratia formæ
 215 *Commendat, multis illam de millibus vnâ*
Vxorem elegi, DEVS hæc incepta secundet.
Sic ait illachrymans, inq; atria celsa subiuit,
CHRISTOPHORI hic intus fœcunda puerpera Mater
Tempore tunc illo LVDOVICVM nomine dictum
 220 *Infantem ediderat, fœlici sidere natum,*
Qui post fata Patris viginti quinq; per annos
Præfuit Imperio, & vitam sine prole reliquit.
Exemplò Hassiacam Legatos mittit in aulam
Illustris Sponsus, verbisq; informat amicis.
 225 *Ipsè sed interea sedes quas ILLVS inundat,*
Præparat ad thalami festum, scriptasq; tabellas
Cognatis mittit turbis, sociisq; vocatis.
Hinc magnos ludo circos designat equestri.
Hinc tecta hospitibus præscribit, & ordine iusto
 230 *Excubias locat, & rerum quæ postulat vsus.*
RICHOWILA iacet sedes antiqua Parentum,
Vrbs diues Baccho, Cereali munere diues:
Hic latè effusi stabant per mœnia Ciues,
Hassiacam cupido expectantes pectore turbam:
 235 *Iamq; aduentantes alacri ipse GEORGIUS ore,*

Vide supr. Pa-
neg. 2. v. 180.

Sponsa Princ.
GEORG.
PHILIPP.
Landgr. Hass.
Sponsa Pater.

LVDOVIC.
Dux VVürt.
nascitur anno
1554. Cal. Ian.

Legatio in
Hassiam ad
Sponsam.

Locus Nu-
ptialis.

F

Excepit

Aduentus
D. Sponsæ.

Excepit, magna populi comitante caterua:
Vt Sponsam medio venientem ex agmine vidit,
Regalem ex oculis qua perspirabat honorem,
Hanc properans adit, & totis complectitur vlnis,

Salutatio.

Non secus ac quondam campos ingressus apricos,
Cum vidit Syria deductam ex urbe Rebeccam

240

Genes. 24.

ISACVS optato iunctam sibi fœdere lecti,
Coniunxitq; manus manibus, dextraq; prehensam
Matris in amissa duxit conclauia SARÆ.

Coniunia.

Iamq; ubi dicta utring; Salus clamore secundo,
Gaudia testantur comites, urbemq; subintrant,
Et dape se recreant, & vino corpora curant,
Atq; omnis mæror festiua ex urbe recessit.

245

Ecclesiastica
stipulatio Ma-
trimon.

Luce noua veniunt sancta in penetralia templi,
Attentas dantes monitis cœlestibus aures:

250

Preces & Vota.

Ingeminantq; preces, DEVS hac connubia sacro
Flamine confirmet, concedat prospera vite
Commoda, fœlicesq; dies, prolemq; vetusta
Suscitet huic domui: ferat hoc diuina voluntas.

Discessus ho-
spitum.

Iamq; dies epulata aliquot Gens omnis, & aris
Factus honor, festo solenni more peracto,
Quisq; suam in patriam redit, & sua tecta reuisit.
Ergo sepositus post bella GEORGIVS armis,
Coniuge cum charâ traduxit suauiter annos,

255

D. Sponsi x-
tas.

Quamuis iam senior cano spectabilis ore,
Lustra decem sine coniugio compleuit, & unum.
Non tamen effatus, non frigidus ille senecta

260

D. Sponsi
ἐυτεκνία.

Nascitur Dux
FRIDERIC.
ξὺν Θεῷ. Ann.
1556. 17. Iul.

(Dante Deo vires) fuit auctus prole virili,
Ante anni spacium Puer est productus in auras:
O Puer egregius, fœlici sidere natus!
Quem Genitor sancto Baptismi flumine tinctum,

265

Pacatis

Pacatis rebus FRIDERICVM nomine dixit.

Extemplò Vates oracula multa canebant:

Hunc fore VVürtembergiacum qui temperet orbem,

270 *Cum Duce LVDWICO patria qui crescet in aula,*

Huic adeò paucis pòst successurus in annis.

Hunc equidem agnoscent manifesto numine ferri,

Vsq; adeò mores passim hoc regnante, redibunt,

Et sese in melius referent, & fama per omnes

275 *Protinus exhibit tanto de Principe terras.*

Quosq; Viros Equites extrema Britannia iactat,

Gallia quos iactat, non horum cesserit ulli.

Arbiter Imperij spectabit & ipse RODOLPHVS

Virtutes huius Generoso Principe dignas.

280 *Viuat Nestorios & viuat saluus in annos.*

Audiuere viri consanguinitate propinqui,

Quòd sit de sexu meliore GEORGIVS auctus:

Ipsè PHILIPPVS Auus dulces sub pectore motus

Concipit, & fuis precibus bona fata precatur.

285 *CHRISTOPHORVS Dux Tecciacis exultat in oris.*

Atq; Bipontina VVOLFFGANGVS gaudet in aulà:

Labitur interea tempus, tacitisq; senescit

Fœcunda fœlix vxore GEORGIVS annis,

Iam vitæ lustris bis sex cum laude peractis,

290 *Paulatim languor membris irreptat, & artus*

Inuadit magis atq; magis, viresq; priores

Deficiunt, gelidus circum præcordia sanguis

Debilitat corpus, mentisq; enervat acumen.

BARBARA (sensit enim) dulci sermone Maritum

295 *Alloquitur, miscetq; preces, miscetq; querelas:*

Heu Domine, heu mea sola Salus, mea Vita, meum Cor,

AEger es, vt video, tua membra & genua vacillant,

F 2

Inq;

Vaticinia de
eodem.

Congratula-
tiones propin-
quorum.

Pr. GEORG.
ægrotescit.

Oratio Domi-
næ BARBA-
RÆ, ad Dn.
Marit. Princ.
GEORG.

Inq̄, dies tuus ille vigor, viresq̄, remittunt.
 Consule quaeso viros Medicos, si fortè salubres
 Exhibeant succos, siue herbis, siue lauacris 300
 Te iubeant uti: toto non maius in orbe

Esse bonum fertur, quàm morbi nescia vita,
 Vna valetudo censu præstantior omni.

Me Sociam, fidamq̄, tibi coniunge Ministram,
 Qualicunq̄ modo poteris depellere morbum, 305

Vsq̄, ad longinquos ego te Garamantas & Indos
 Prompta sequar, mi vir, à te me nemo reuellet:
 Tu modò curam adhibe, modò non medicamina differ,
 Dum nondum totos inuasit morbus in artus.

Ignis ut exoriens paucis restinguitur undis: 310

Sed postquam vires acquirit, & aethere toto
 Dispergit flammæ, iam non ingentia profunt
 Flumina, sic serò interdum Medicina paratur.

Responsum
 Pr. GEORG.

Dixerat: huic autem subridens grata Maritus
 Oscula dat Princeps, & talibus ora resoluit: 315

Desine curarum, ô Coniux, mea sola voluptas:
 Non grauis est aded, qui membris languor inharet:
 Ut varijs utar succis herbisq̄, Medentum:

Quos ego non facile admitto, pars maxima nescit
 Veram artem Medicam, docuit quam magnus Apollo. 320

At quæ dixisti non omni ex parte refello:
 Non autem corpus vitium traxisse videtur:
 Sed meus hic animus torpet languore maligno.

At me causa latet, nisi fortè domesticus aër
 Non satis est æquus, quod suspicor & reor vnum. 325

Quare age, per tempus sine liberiore fruamur
 Mutatio aëris. Aëre, sæpè peregrinis arcana sub auris
 Vis latet, & vires in membra caduca reducit.

Scis

Scis tua nos toties toties Soror ANNA vocauit
 330 *Iuncta Bipontino Domino, qui mœnibus amplis*
Imperat, hîc ubi se Veldentia tollit in auras,
Et quam dixerunt binis de pontibus urbem:
Hunc mihi fert animus coram spectare Propinquum
Funeris ante diem, si fortè salubrior isthic
 335 *Addat opem Geniûq; loci, rerumq; voluptas.*
Si feret hoc Patris ætherei diuina voluntas,
Me iuuat hîc spectare domos quas diuite censu
Ipsè nouem Musis fundauit in vrbe Lauinga:
Me iuuat Aonia sedem spectare Iuuenta
 340 *A cornu & Riua dictam, quam turpibus ille*
Fratribus eiectis meliores vertit in usus.
At mihi te grauidam non hoc in tempore fas est
Esse via sociam: quæ sint discrimina rerum
Ipsa vides, te ventris onus mecum ire retardat.
 345 *Me si defuncto nascetur posthuma proles,*
Te superesse velim, tua vitâ dignior etas.
Dixerat: & Dominum Cœli sic ore precatur:
O DEVS, ô Custos hominum, rerumq; Creator,
Da Pater, vt faciam fœlici sidere cursum,
 350 *Aligeros mihi da comites, velut antè dedisti*
Hebræis Patribus per tot deserta locorum,
Vtq; abeo saluus, sic me cum pace reducas.
Audijt hæc, votiq; dedit succedere partem
Omnipotens, partem volucres dispersit in auras:
 355 *Non dedit in patriam ditionem posse reuerti.*
Ipsè vias equidem iam sat fœliciter omnes
Emensus fuerat, venientem protinus ipsum
Accepit magno Princeps VVOLFANGVS honore
Congressi dextras iungunt, medijsq; residunt

VVOLFF-
 GANGVS
 Palat. Rheni,
 Dux Bauar.
 Com. Velden.
 vxor. duxit
 ANNA M
 PHILIPP.
 Landgr. Hass.
 Filiam.

Scholas duas
 condidit:
 LAVINGA-
 NAM in Pa-
 lat. superiore.

HORNBA-
 CHIANAM
 in Ducatu
 Bipontino.

EVA CHRI-
 STINA Fil.
 Posthuma
 nascitur. anno
 1558. 23. Oct.

Fr. GEORG.
 peregrinatio
 ad Duc. Bi-
 pont.

Pr. GEORG.
decumbit.

AEdibus, & varijs miscent sermonibus horas.

360

At magis atq; magis crescunt contagia morbi.

Et iam fatalem Pius ipse GEORGIVS horam

Sentit adesse sibi, torquet latus aspera Febris,

Difficilesq; egros labefactat anhelitus artus,

Os aret, positaq; mouent fastidia mensa.

365

Canit Psal-
mos.

Iamq; animam tibi CHRISTE suam commendat, & hymnos

Dauidicos cantat, profertq; nouissima verba:

Psalmus 67.

Sit clemens, nostramq; vicem Rex Conditor Orbis

Aspiciat miseram, res & benè vertat iniquas.

Non faciem occultet, qua totum illuminat Orbem,

370

Vt cognoscamus quæ sit via certa Salutis.

Per populos omnes, Gentes audita per omnes,

Nos miseri, terræ affixi, rebusq; caducis.

Non est in toto Gens intractabilis Orbe,

Quæ tibi non grates DEVS Optime Maxime dicat.

375

Latitia exultant, & laudibus omnia complent,

Iubila leta canunt, quoniam te Iudice iusto,

Terra gubernatur sanctæ moderamine Legis.

Non adeò populus ferus est, & barbarus ullus,

Qui tibi non tribuat merita præconia laudis.

380

Qui non se gratum promittat pectore toto,

Vbere quod cornu tellus sua germina profert.

Nos DEVS, ille DEVS noster, DEVS Optimus ille,

Aspiciat clemens, & res benè vertat iniquas:

Qui solo nutu totum perterret Olympum.

385

Pr. GEORG.
moritur, Ann.
1558. 19. Iul.

His dictis vitam clausit, terrisq; relictis,

In veram patriam superas migravit in arces,

Hic agit æternum cum Dijs cœlestibus æuum:

Sepelitur.

Ossa Bipontino delubro inclusa quiescunt.

FINIS III. PANEGYRICI.

Chro-

Chronologia & Genealogia
Württembergica

DISTICHIS ELEGIACIS

AD NOSTRUM VSQVE

tempus deducta.

AUCTORE

VLRICO BOLLINGERO, P. C.

Anno Domini nostri IESV CHRISTI	Anno ætatis Ducis FRIDERICI
1556. 11. Iulij. <i>Prodiit hoc anno Princeps FRIDERICVS in auras, Hic vbi terra potens Mompeligarda iacet.</i>	1.
1558. 19. Iulij. <i>Inde Patrem primis infans amisit in annis, Annos complerat vix vbi fortè duos.</i>	2.
1568. <i>VVürttembergiacâ Puer est nutritus in Aulâ. Est Genitrix iterum consociata viro.</i>	12.
1571. 18. Maij. <i>Cum Duce LVDVICO consanguinitate propinquo Dat Musis operam docta Tybinga tuus.</i>	15.
1581. 22. Maij <i>Ascania ducit genitam de stirpe Sibyllam, Qua peperit multos Magnanimosq; Duces.</i>	25.
1582. 5. Maij, hor. 8. mat. <i>Primus IOANNES est natus Matris ab aluo, Vt Maij quinto lux erat orta die.</i>	26.
1583. 23. April. circ. meridiem. <i>Editus est salua Genitrice GEORGIVS alter, Mox iterum raptus, sic moderante DEO.</i>	27.
1584. 10. April. 8. matut. <i>Prodiit in Mundum pulcherrima nata SIBYLLA. Aprilis decimum sparsit ab axe iubar.</i>	28.
1585. 15. Ianuar. obiit eodem die. <i>Inter Mortales spacium breue vixit ELISA, Altera LVDWICO cum data nupta fuit.</i>	29.
1586. 29. Ianuar. hor. 7. vesp. <i>Aspexit lucem LVDWICVS nomine dictus, In primo cursu tum nouus annus erat.</i>	30.

Vltima

Anno Domini nostri
IESV CHRISTI

Anno ætatis Ducis
FRIDERICI

1587. 27. Ianuar. hor. 7. matut.

31.

Ultima clauserunt IOACHIMVM fata sepulchro,

Nec vitæ fuerat quarta peracta dies.

1588. 3. Iun. hor. 12. noct.

32.

Mompeligardæis pelluntur finibus hostes,

Principium vitæ natus IVLVS habet.

1589. 9. Maij, 1. matut.

33.

Mox obiit Maio generatus mense PHILIPPVS,

Vt Rosa quæ primo flore resecta cadit.

1590. 6. Maij, hor. 12. merid.

34.

Vt fecunda Parens CHRISTINAM protulit EVAM,

Persoluit supero vota precesq; Patri.

1591. 25. Apr. hor. 2. matut.

35.

Septimus hic longo numeratur in ordine Fratrum,

Qui tam præclarum nomen ACHILLIS habet.

1592. 7. Maij, hor. 8. vespert.

36.

Suscipit AGNETEM Genitor, Regnumq; Britanæ

Lustrat, & hinc magnum gestat equestre decus.

1593. 4. Decemb. hor. 5. matut.

37.

Tempore quo nostris est BARBARA nata sub oris,

LVDWICVS Princeps occidit ante diem.

1594. 2. Decemb. hor. 7. vespert.

38.

Filius est MAGNVS bis quartus in ordine dictus,

Nactus erat magnas Dux Fridericus opes.

1596. 24. Ian. hor. 11. merid.

40.

Mortuus 2.
April. eodem
anno.

AVGVSTVS Fratres numero foeliciter auxit,

Augeat huic vitæ tempora longa DEVS.

1597. 15. Mart. hor. 12. Merid.

41.

Filia iam tandem bis tertia nascitur ANNA,

Et Genitrix gaudet fertilitate suâ.

1599.

43.

Tecciacas magnis FRIDERICVS sumptibus oras

Dux bonus à Feudo liberat Austriaco.

1600.

44.

Post hæc Ausonia terras Romamq; peragrat,

Iubila dum peragit clauiger ille Pater.

1602.

46.

Ædificat pontem rapidi per flumina Nicri,

Nobilium sedes hîc vbi Kunga iacet.

1603.

47.

Templa domosq; novas, & pulchram construit urbem

Hîc vbi Glatta suis fontibus exoritur.

FINIS.

107

Q.K. 402,9.



VIT

P

V



OBITV

I
ENB.
IS

R O,

Π m
4481

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

Kodak
LICENSED PRODUCT

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black